Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Misericordia Dei O. M. Avspiciis ... Domini Georgi Friderici Caroli Marggravii Brandenb. ... Natalem LXIX. Illvstris Collegii Christian-Ernestini A. D. V. Kal. Avg. MDCCXXXII. Solemniter Agendvm ...

Flessa, Johann Adam

Baruvthi, MDCCXXXII.

urn:nbn:de:gbv:45:1-484216

Visual Library

MISERICORDIA DEI O. M.
AVSPICIIS
SERENISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI
GEORGII FRIDERICI CAROLI
MARGGRAVII BRANDENB. PRVSS. MAGDEBVRG. STETIN. POMERAN. CASSVB. VANDAL. MEGAPOL. ITEM IN SILES. CROSSENS. DVCIS BVRGGRAVII NORIMB. PRINCIPIS HALBERSTAD. MINDENS. CAMINENS. VANDAL. SVERIN. ET RAZEBVRG. COMITIS HOHENZOLLERANI ET SVERIN. DITIONIS ROSTOCHIENS. ET STARGARD. DOMINI
ET RELIQVA
PATRIS PATRIAE INDVLGENTISSIMI
NATALEM LXIX.
ILLVSTRIS COLLEGII
CHRISTIAN-ERNESTINI
A. D. V. KAL. AVG. cIↃ IↃ cc xxxii. SOLEMNITER AGENDVM
INDICIT
AD ORATIONEM
DE
PACTIONIBVS DOMVS BRANDENBVRGICAE PACIS AC TRANQVILLITATIS PVBLICAE ITEMQVE SVCCESSIONIS CAVSSA CVM VICINIS FACTIS INVITAT
AC SIMVL
DE
OFFICIO MINISTRI ECCLESIAE EX CONSTITVTIONIBVS BRANDENBVRGICIS
PRAEFATVR

IOANNES ADAMVS FLESSA
ILLVSTRIS CONSISTORII ADSESSOR DIAC. AVL. THEOL. HIST. AC MATHEMAT. PROF. PVBL. ET ALVMN. INSPECTOR.

BARVTHI, PRELO VIDVAE IOANNIS LOBERI AVLAE CANCELLARIAE ET ILL. COLLEGII CHRISTIAN-ERNESTINI TYPOGRAPHI.

Landesbibliothek Oldenburg

IMAGO MINISTRI ECCLESIAE EX CONSTITVTIONIBVS BRANDENBVRGICIS DELINEATA.



Quanta sit muneris ecclesiastici dignitas, quanta grauitas [illegible], curae, solicitudines circuasi obsideant, quamque [illegible]RVVM IESV CHRISTI [illegible] quem non tam cognitio [illegible]atiua imbuit, sed ipse [illegible]caelestisque spiritus informauit. Quam ob[illegible]ter satisfacere officio suo studeat, is profecto [illegible] homines haud uulgares referendus. Imag[illegible] serui Iesu Christi quum haud pauci pietate, [illegible]estantissimi uiri expresserint, neque uel a te[illegible], uel a chartae spatiolo exspectari queat, ut [illegible]e argumentum pro dignitate explicetur: [illegible]umque periculum faciam, atque ex CO[illegible]TRIIS demonstrabo, qualem oporteat eum [illegible]iendis praeponi cupit. Nemo autem imagine[illegible]e exspectet; uerum inchoatam, adumbrat[illegible]is designatam. Alias enim liber esset, non e[illegible]l quamquam ita sit; nihilo tamen secius in r[illegible], ut oleum perdidisse, quod aiunt, atq[illegible]ri certe homines eo luculentius cognoscent, [illegible]iae, quam sanctas, quam graues, quam ue[illegible]iam CONSTITVTIONES PATRIAE ac[illegible]

Quatuor autem reper[illegible]istro ecclesiae considerare operae pretium [illegible]ionem ad munus, administrationem muneri[illegible]: rationem. Ad doctrinam quod attinet, [illegible]it rerum Theologicarum, neque peregrin[illegible]m studiis, multo minus ἑτεροδοξίας labe infectus[illegible]s, et ueritatem, quam docet, ipse certo ex[illegible]nes muneris amplissimi partes eo rectius, s[illegible]queat. Quod quum obtinere cupit, ne[illegible] ueritate diuina discedat (a) necesse est. Qu[illegible] loco ueritatum caelestium, quae solae uim[illegible] influere in animos hominum, eosque conu[illegible]ossint, errores ac fallaces opiniones in eccles[illegible] Hoc ineptius, uanius, ac

(*) Kirchen-Ordn. der Marggraven zu Brandenb. und der Stadt Nürnberg edit 1564. fol. 53. Allein daß man die lateinische Sprach nicht gar aus der Kirchen treybe, dann wann die aus der Kirchen keme, würde sie auch in Schulen abnemen. Nun kan man GOttes Wort oder die rainen Lehr nicht erhalten, one Erkanntnuß der Haupt-Sprachen, darin die heilig Schrifft vnd andere Künst vnd Weißheit gefaßt ist. Darumb ist nütz vnd gut, daß die Schuler vnd Kirchendiener der heyligen Schrifft von Jugent auff gewohnen, am allermaisten in der Sprach, da sie am rayn isten gefasset, gehandelt vnd ausgelegt ist.

(a) Kirchen-Ordnung fol 1. So ist warlich hoch von nöten, daß alle Christenliche Pfarr-Herrn, Prediger vnd Kirchen-Diener - - - sich der heyligen göttlichen Schrifft mit ernst annemen,

Landesbibliothek Oldenburg

IMAGO MINISTRI ECCLESIAE EX CONSTITVTIONIBVS BRANDENBVRGICIS DELINEATA.

QUanta sit muneris ecclesiastici dignitas, quanta grauitas, quae illud difficultates, curae, solicitudines circumsepserint, ac perpetuo quasi obsideant, quamque arduum sit FIDELEM SERVVM IESV CHRISTI agere: ille demum intelliget, quem non tam cognitio quaedam scholae contemplatiua imbuit, sed ipse rerum pulcerrimarum usus caelestisque spiritus informauit. Quam ob rem si quis ecclesiae minister satisfacere officio suo studeat, is profecto iure quodam suo est inter homines haud uulgares referendus. Imaginem uero integri ac boni serui Iesu Christi quum haud pauci pietate, doctrina, eloquentia praestantissimi uiri expresserint, neque uel a tempore meo, uel a uiribus, uel a chartae spatiolo exspectari queat, ut tam excellens egregiumque argumentum pro dignitate explicetur: In praesenti tamen qualecumque periculum faciam, atque ex CONSTITVTIONIBVS PATRIIS demonstrabo, qualem oporteat eum esse, qui sacris rite faciendis praeponi cupit. Nemo autem imaginem perfectam perpolitamque exspectet; uerum inchoatam, adumbratam, et primis tantum lineis designatam. Alias enim liber esset, non epistola scribenda. Quod quamquam ita sit; nihilo tamen secius in metum non adducor, fore, ut oleum perdidisse, quod aiunt, atque operam uidear. Nostri certe homines eo luculentius cognoscent, quas partes ministro ecclesiae, quam sanctas, quam graues, quam uenerabiles, quam arduas etiam CONSTITVTIONES PATRIAE adsignarint.

Quatuor autem reperio momenta, quae in ministro ecclesiae considerare operae pretium fuerit: Doctrinam, uocationem ad munus, administrationem muneris, denique mores ac uitae rationem. Ad doctrinam quod attinet, neque indoctus rudisque sit rerum Theologicarum, neque peregrinus ac hospes (*) in litterarum studiis, multo minus ἑτεροδοξίας labe infectus erroribusque contaminatus, et ueritatem, quam docet, ipse certo exploratam habeat, ut omnes muneris amplissimi partes eo rectius, sanctius, fructuosius explere queat. Quod quum obtinere cupit, ne quidem latum unguem a ueritate diuina discedat (a) necesse est. Quo enim periculosius accidit, loco ueritatum caelestium, quae solae uim eam habent, ut salubriter influere in animos hominum, eosque conuertere ac mutare in melius possint, errores ac fallaces opiniones in ecclesiam introducere: Hoc ineptius, uanius, ac

(*) Kirchen Ordn. der Marggraven zu Brandenb. und der Stadt Nürnberg edit 1564. fol. 53. Allein daß man die lateinische Sprach nicht gar aus der Kirchen treybe, dann wann die aus der Kirchen keme, würde sie auch in Schulen abnemen. Nun kan man GOttes Wort oder die rainen Lehr nicht erhalten, one Erkanntnuß der Haupt-Sprachen, darin die heilig Schrifft vnd andere Künst vnd Weißheit gefaßt ist. Darumb ist nütz vnd gut, daß die Schuler vnd Kirchendiener der heyligen Schrifft von Jugent auff gewohnen, am allermaisten in der Sprach, da sie am raynisten gefasset, gehandelt vnd ausgelegt ist.

(a) Kirchen-Ordnung fol 1. So ist warlich hoch von nöten, daß alle Christenliche Pfarr-Herrn, Prediger vnd Kirchen-Diener - - - sich der heyligen göttlichen Schrifft mit ernst annemen,

ac maiestate uerbi diuini indignius esse merito existimamus, quum ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως agi res debeat, arte humana non tam pugnare, quam ludere, ac calamistros, crepundia, phaleras, et nescio quae ingenii lasciuientis luxuriantisque portenta (b) adhibere.

Vocatio ad munus legitima sit; patienter (c) exspectata; non ambitu, non pecunia, non importunitate uel querelarum, uel interpellationum, uel necessitudinum extorta; nec blanditiis emendicata; multo minus matrimonii conditione pacta. Quid pluribus opus? Non modo digni, sed etiam digne (d); non modo pii, sed etiam pie ad obeunda sacra uocentur. Quamquam enim eruditissimus quisque tam grauem prouinciam obtineat, si scelere, si dolo malo, si uitio creatus fuerit, angore conscientiae fraudisque cruciabitur, et perpetua solicitudine, quotiescumque magno aliquid erectoque animo conandum, mirifice uexabitur. At si qui saluo officio muneribus praeficiantur, longe alia rerum facies, longe alius animorum status erit. Iam de administratione muneris ecclesiastici, quam multa essent, quam grauia, quam utilia, quam necessaria forsan etiam, quae moneremus. Primum omnium, cuius facienda mentio esse uidetur, illud existimarim: Turpissimum merito haberi, si suo quisque labore

)(2 non

---

vnd mit höchstem Fleyß sich Tag vnd Nacht darinn üben: dargegen aber allerley falsche vnd verfürische Menschen-Lehre mit aller Fürsichtigkeyt meyden. It. fol. eod. Vnd sol doch solliche Lehr nicht zweyffentlich oder ungewiß, sondern gewiß sein, darum tauget es warlich nicht, wann sie die Gerechtigkeyt für GOtt zu erlangen, ir aygen oder anderer Menschen Gutbedunckẽ vnd Wohlgefallen - - fürtragen vnd lehren wölten, - - - sonder sie sollen allein das heilig, lauter vnd raine Wort GOttes, das inn der heyligen Schrifft verfaßt vnd gewiß ist, fürtragen vnd lehren. It. fol. 2. Wöllen sie irem befolhen Ampt trewlich fürstehen, - - - so müssen sie nicht allein mächtig darinnen (in der Schrifft) sein, sonder auch zu aller Zeyt berayt vnd gefasset. Das bedarff denn abermals nicht weniger übung, vnd täglichs anhaltens in der heiligen Schrifft ꝛc. It. fol. 3. Die Schrifft durch sich selbs im rechten Verstand zu erhalten, erfordert, daß man sie gar fleyßig ansehe, vnd ihr tieff nachgedenck, wie sie dann des alles wol werdt ist, vnd nimmer von uns in diesem Leben mag gar ausgegründet werden.

(b) Quare in constitutione CHRISTIANI ERNESTI d. 1. Iun. 1687. die unerbaulichen weltlichen Historien und Apologi, die kurtzweiligen Rätzel und Sprichwörter, die alt-vetterische Fabeln, das ungeistliche Schul-Gezäncke, unnütze Geschwätze und feuchtige Fragen ꝛc. merito damnantur. Et in constit. 7. Apr. 1727. praecipitur, daß vornemlich darauf gesehn werde, daß durch die aufgestellte Lehrer und Prediger nicht mit leeren Predigen Kirchen und Tempel allein gefüllet ꝛc. Item improbatur l. c. wann die Kirchen-Gebäude zwar wohl eine thönende Stimme erfüllet, des Redenden und der Hörenden Hertzen aber ohne Rührung und Empfindung bleiben. Item damnatur l. c. wenn das aus Büchern geschriebene oder vermittelst der Kunst-Regeln erlernte Predigen vor die nöthige Tüchtigkeit eines Candidati Ministerii angenommen und zum Grund gesetzet wird; atque ordinatur, et sapientissime quidem, daß die wahre Schrifft-Gelehrsamkeit und Frömmigkeit allem Wort-Gepränge und leeren Tantzel-Gered vorzuziehen sey.

(c) Hochfürstl. Resc. 1. Iun. 1687. Selbige solten billig eines ordentlichen rechten Beruffes, nach vorheriger Prüfung, ob sie zu dem ambirenden Officio, undt andere zu lehren tüchtig undt geschickt, undt mächtig wären zu ermahnen undt zu straffen die Wiedersprecher, erwartten, und nach dessen Erlangung selbigen mit allem gebührenden Fleiß undt Treuen abwartten, auch sich als Fürbilde der Heerde auch im Wandel aufführen, undt in guten Wercken mit Ehrbarkeit sich selbst darstellen ꝛc. - - - Allein zeiget die leidenmüthige Erfahrung, welcher gestalt viel nicht so wohl gesendet werden, alß sich selbst mit un- undt frühezeitigen Rennen undt Lauffen, auch theyls illicito modo per casus obliquos eindringen ꝛc. Und in der Hochfürstl. Verordn. vom 7. Apr. 1727. wird, wenn man fetten Pfarreyen entgegen eilet, dergleichen Lauffen und Rennen vor ein gestichertes Merckmahl untüchtiger Geistlichen gehalten, welche nicht die Heerde, sondern die Wolle, nicht die Erbauung der Seelen, sondern die bessere Benahrung des Bauches suchen ꝛc. Welche Hochfürstl. Verordnung durch eine andere vom 31. Oct. 1730. wiederholet und bestättiget wird.

(d) Resc. vom 1. Iun. 1687. So dann daß bey den Promotionen zu Kirchen- Gymnasien- und Triuial-Schul-Functionen, ohne alle andere Absicht, gottseelige, gelehrte, gewissenhaffte, und quoad orthodoxiam et uitam inculpatam bewährte und wohlberüchtigte subiecta ausgewehlet; andere untaugliche und mangelhaffte biß zu mehrer qualificirung ab- und zur Gedult gewiesen, das praemature und intempestiue Anmelden bey denen Vacantien mit einem ernsthafften Verweiß niedergeleget - - - werden möge.

non ipse fungatur, sed praeter necessitatem aliorum opera (e) utatur. Nam siue ignauia id fiat, siue leuitate animi, siue taedio: Nusquam inuenient, quo dimouere culpam ab se possint. Deinde operam dare oportet, ut ad uerum omnia finem referantur. Erudiendus est populus ad salutem. Exstirpanda ignorantia (f), ut cognitio cum pietate coniuncta locum inueniat. Debellanda illa pestis uerae pietatis, quum in externis quibusdam actionibus, seu in opere operato (g), uti barbare rem barbaram uocant, omnis ueri diuini cultus ratio ponitur. Huc omnes ecclesiae ministri tendere, ad hoc negotium conferre omnes curas ac cogitationes deberent. O si nemo quiescere ante posset, cui docendi munus demandatum est, quam auditores in uiam salutis perduxisset, eosdemque ambulare in ea cerneret. Paucis ut multa complectar: Vera poenitentia est, conuersio est, regeneratio est (h), in quibus producendis ministri ecclesiae solicitudo uersetur. Quo fine si excidat, et frustra uisus est laborasse, et magnopere cauendum, ne sua ipsius culpa id eueniat. Qua ex re intelligi facile poterit, quam leui nonnunquam animo haud pauci suam sacris operam addicant, quibus forte multo fuisset consultius, si aliud uitae genus elegissent.

Quod si ministri ecclesiae ex animi sententia et optato cum successu

(e) Consistorial-Reser. Culmbach 2. Dec. 1625. Wir kommen in glaubwürdige Erfahrung, daß - - die Pastores - - sich unternehmen sollen, nicht allein ihre Söhn noch bey wenig Jahren und Geschicklichkeit, sondern auch zu Zeiten die Schüler, die allererst aus der Triuial kommen, oder ja solche junge Studenten von der Universität, so offtermahls schwerlich einige lectionem theologicam gehört, noch studium Theologiæ per transennam angesehen - - - öffentlich zu predigen auffstellen. - - - Und das anders nichts, denn ein solche Confidenz und Vermessenheit verursacht, daß sie meinen, wann sie auff einem oder dem andern Postillanten herein reiten, vnd etwan ein Predig memoriter, jedoch sine mente et spiritu, more psittaci, zu thun wissen, ob hetten sie nunmehro alle Bergk überstiegen, demnach thönten es andern exercitatis Theologis gleich oder wol zuvor thun, vnd bedörffte nicht ire Studia weiter fortzustellen ꝛc. Und dergleichen Consistorial-Rescripta, daß man junge und ungeschickte Leute nicht predigen lassen, sondern sein Ambt selbst versehen solle, sind vielfältig ergangen, unter andern den 22. Sept. 1721.

(f) Consistorial-Reser. 24 Octobr. 1720. Besorget zu seyn, daß die Lehre des Christenthums und die wahre Gottseeligkeit jedermänniglich mit gantzem Fleiß und Ernst wohl beygebracht werde, welches zumahl bey jetzigen Läufften um so mehr vonnöthen seyn will, als die traurige Erfahrung lehret, was vor eine Unwissenheit bey dem gemeinen Volck eingerissen, die Sünden und Laster auch je mehr und mehr überhand nehmen. Hochfürstl. Verordn. 7. Apr 1727. vornehmlich darauf gesehen werde, daß durch die aufgestellte Lehrer und Prediger nicht mit leeren Predigen Kirchen und Tempel allein gefüllet, vielmehr durch unermüdete Wachsamkeit, Christlichen Wandel, und eyfrige Seelen-Arbeit die Gemeinden und Unterthanen zu wahrhaffter Gottesfurcht angeleitet, auch bey Alten und Jungen die tägliche Besserung und Erbauung getrieben werde. Und im Reser. vom 1. Jun. 1687. wird die Absicht geheget, daß überall das exulirende wahre Hertz-Christenthumb in integrum restituiret, und die zu allen Dingen nütze, auch die Verheissung dieses und des zukünfftigen Lebens habende sincere Gottseeligkeit u. gottseelige Integrität befestiget werden möge.

(g) K. O. fol. 27. b. Der Mensch hat aus aygener Krafft ein freyen Willen, eusserliche Werck zu thun oder zu lassen, durch Gesetz vnd Straff getrieben, derhalben vermag er auch weltliche Frümbkeyt vnd gute Werck zu thun auß aygener Krafft ꝛc. Item l. c. Der Mensch kan auß aygener Krafft das Hertz nicht raynigen, vnd göttliche Gaben würcken, als warhafftige Rew über die Sünde, warhafftige vnd nicht erdichte Forcht GOttes, warhafftigen Glauben, hertzliche Liebe, Keuscheyt, nicht rachgierig sein, warhafftige Gedult, sehnlich Bitten, nicht geitzig sein ꝛc. Und in der Vorrede der K. Ordn. Die Kirchen-Ordnung, so unser HErr GOtt selbs dem Jüdischen Volck durch Mosen gegeben, hat - - - den aberglaubischen Jüden zum grossen Nachtail irer Seligkeyt, in dem, so sie die rechte Frümbkeyt darein gesetzt, vnd sich darauff vertröst, geraten müssen. Item l. c. Darumb ist hie ein Kirchen-Ordnung zusammen getragen vnd begriffen, nicht der Mainung, daß sie dafür geacht werde, als solt man mit dem Werck sollicher ordenlichen Handlungen die Sünd büssen vnd GOttes Gnad verdienen ꝛc. Cont. not. p.

(h) K. O. fol. 3. b. Dieweil dann vnsers newen Lebens Anfang, Mittel vnd End, (das ist, die Geburt, das Wachsen vnd Uberwinden) in GOttes Wort stehet, haben sich die Seelsorger leycht zu erinnern, wie schwere Rechnung sie GOtt darumb geben müsten, wann yemandt aus irer Versaumnuß zur geistlichen Geburt nicht kommen, oder, so er schon auß dem Gaist new geboren were, auß Mangel guter Lehr vnd Trost, wider verschmachten, oder aber durch falsche Lehr verfürt vnd verkeret werden solt. Conf. etiam K. O. fol. 17.

Landesbibliothek Oldenburg

ceſſu obire munus ſuum uelint, incredibili ſapientia diſcernant neceſſe eſt cum diuerſos hominum (i) ſtatus, quatenus ordini ſalutis uel ſubmittunt ſeſe, uel eundem labefactare ac peruertere conantur; tum ipſa remedia, quae ſanando homini adhibentur, hoc eſt, uim naturamque legis et euangelii (k), atque uſum et applicationem uerbi diuini et ſacramentorum (l). Nihil eſt enim aequius, quam ut ab eo, cuius fidei concreditum aliquid uidemus, adminiſtratio ſapiens, iuſta, ſedula, turpisque lucri expers poſtuletur. Itaque uerbum diuinum explicent quam ſimpliciſſime, moderatiſſime, grauiſſime. Errantes humaniſſime in uiam reducant. Pertinaces mitiſſime flectant. Inſcios diligentiſſime erudiant. Indomitos diuinitus terreant. Faciles ad reſipiſcendum ualidiſſime excitent (m). In ordinem redactos ſapientiſſime confirment. Adoleſcentiam a corruptelis prouidentiſſime (n) muniant. Senectutem ad moriendum cupidiſſime informent. Saeculo in peius ruenti fortiſſime reſiſtant. Catechumenos aliosque, ad ſacram caenam qui admitti uolunt, accuratiſſime (o) explorent. Omnes ad patiendum, ad precandum (p), ad pugnandum contra peccatorum labem ſuauiſſime alliciant, prouocent, inflamment. Nusquam partibus uigilantis paſtoris deſint, neque unquam in formulariam (q) quorundam anguſtiam redigi ſe patiantur. Quamquam in ipſis caerimoniis ac ritibus publicis nemo quidquam auctoritate priuata

im-

(i) Pulcerrimus locus extat in der K. O. fol. 5. Man ſol ſonderlich acht haben auf die einfeltigen Leut, die da, alsbald ſie GOttes Gebot und Troen hören, ſo bald darauf fallen und mainen, ſie wöllen aus aygen Kräfften GOttes Gebot halten, vnd dem Zorn entfliehen, dann dieſelben ſoll man fein ſeuberlich für ſollicher Vermeſſenheit warnen. Dann es iſt doch unmüglich, daß ein Menſch GOttes Gebot auß aygenen Kräfften mög erfüllen, ſonder er muß zuvor durch den Glauben an JEſum Chriſtum Vergebung der Sünden erlangen, und alſo GOttes Kindt werden, und den heiligen Gaiſt empfahen. Itaque dignoſcere quoque merito aegrotantes iubentur l. c. fol. 53. b. Wann yemand kranck ligt - - bey dem ſol der Prieſter eben warnemen, was er für Verſtand in GOttes Wort hab, auff daß er ine deſter baß könne vnterrichten ꝛc.

(k) K. O. fol. 4. b. Es wirdt im alten Teſtament vil vom Evangelio, vnd im newen Teſtament vil vom Geſetz gehandelt, des ſollen die Prediger fleißig warnemen, daß ſie nicht eines in das ander miſchen, vnd keines recht handeln. De lege atque euangelio egregie agitur in der K. O. fol 6. b. ſqq.

(l) K. O. fol. 2. Nun kan man ſolliche Vermanung, Sterckung vnd Tröſtung an kein ſonderliche Zeyt vnd ſtat binden, ſonder ſie müſſen frey ſein, vnd gehen, nicht allein in den ordentlichen Predigen, ſonder auch zu andern Zeyten, vnd an andern Orten, wie es die Notturfft erfordert, vnd ſich Fug vnd Vrſach zutregt.

(m) K. O. fol. 2. Es ſollen auch ſolliche Vermanung nicht faul, ſchlefferig vnd kalt, ſonder inbrünſtig vnd kräfftig ſein, auff daß ſie den Leuten zu Hertzen gehen, vnd ſie zu beſtehen vnd fürzufaren hertzlich bewegen ꝛc.

(n) Hochf. Reſcr. vom 1. Iun. 1687. mißbilliget, wenn man durch unachtſame Beobachtung der Erziehung der Schul-Jugend, die allen laſterhafften Reden und Thaten ergeben iſt, gleich dem unbändigen Zaum loſen Wilde umbſtreunet, und aller Untugend ſich zu befleißigen beginnet, wieder die Apoſtoliſche Abmahnung ſich frembder Sünden theilhafftig machet. Item l. c. Daß die baufällige Kirchen-Diſciplin reſtabiliret -- der in den Gymnaſiis und Schulen ſtudirenden Jugend Frechheit und Muthwillen nach Verdienſt diſcipliniret, ſolchem nach überall das exulirende wahre Hertz-Chriſtenthumb in integrum reſtituiret werde ꝛc.

(o) Huc pertinent conſtitutiones illuſtris conſiſtorii d. 13. Mart. 1722. & d. 8. Febr. 1731.

(p) K. O. fol. 21, b. Darumb ſollen die Diener des Worts hierzu ſtettigs vermanen, biß doch der Glaub und das Anruffen, das ſo gar in der Chriſtenheyt erloſchen iſt, widerumb angericht werden. It. fol. 24, a. (Das Chriſtlich Gebet) iſt doch ſo gar gefallen vnd erloſchen, daß ſchier niemand mehr recht Chriſtenlich betet; Aber im Anfang der Chriſtenheyt war es ſo ſtarck vnd brünſtig, daß vil Wunderwerck dardurch geſchahen, wie man des vil Exempel hat, vnd geſchehe gewißlich noch, wann man mit rechtem Ernſt vnd Glauben einhellig betet. Darumb auff daß es wiederumb angerichtet werde, ſollen die Prediger vnd Kirchen-Diener die Leut fleyßig darzu vermanen. It. fol. 29. b. Iſt Chriſtlich vnd gut, daß man die jungen Kinder fleyßig zu beten gewene, vnd inen Form, Maß vnd Ordnung darinnen fürgebe, wann, wo, wie offt, vnd warumb ſie bitten ſollen, nicht daß man Geſetz darauß mache, vnd die Gewiſſen darmit verſtricke ꝛc.

(q) K. O. fol. 57, b. So ſollen ſich auch die Kirchen-Diener ſelbs darein ſchicken, dieweyl nicht müglich iſt, alles, ſo in der Kirchen-Verſammlung (und alſo vielmehr in den übrigen Ambts-Angelegenheiten) ordentlichen ſol ausgericht werden, in den Buchſtaben zu verfaſſen. It. fol. 53. b. Darinn kan man kein ſondern Form ſtellen / ſonder ein jeder muß ſich ſelbs mit Ernſt fleiſſen / der Sach recht zu thun. Conf. etiam not. a

Landesbibliothek Oldenburg

immutet (r). Quod quum fecerint, bella Iesu Christi praeclare armisque uictricibus gerent.

Quod restat, ut de uita quoque ac moribus ministrorum ecclesiae dicamus, quin sancti, et iusti, et casti, et innocentes, et sobrii, et ad emendandos alios accommodati esse debeant, quis uel tam stupidus erit, qui dubitet? uel tam impudens, qui neget? uel tam impius, qui non optet?* Certe qui malorum ecclesiae ministrorum causam instituit agere, mercenariosque ac fideles seruos Iesu Christi perinde aestimat, is grauem in suspicionem incurrit, uel nondum se cognouisse, quid inde damni ad populum redundet; uel se patronum esse cliente non meliorem. Non opinor, facile fore, qui id agant. At si forent, profecto magnopere dissiderent a moribus MARGGRAVIORVM nostrorum, qui, si quando praeter opinionem tam detestabilia ulcera ecclesiam foedarunt, et iustissimis (s) querelis calamitatem temporum deplorarunt, et prouidentissimo consilio salubria remedia circumspexerunt. Quod si neque noster Patriae Pater clementissimus, GEORGIVS FRIDERICVS CAROLVS, defatigabitur, ecclesiae opem ferre: Spes est, fore, ut nos habeamus, de quo aetati nostrae gratulemur; posteri accipiant, quo laetissimi fruantur.

Atque id precari pium est non tantum omni tempore, sed in primis hoc, quo natalem ILLVSTRIS COLLEGII CHRISTIANERNESTINI publice ac solemniter celebraturi sumus: propterea quod ecclesiae scholarumque et calamitates, et florem, et spem numquam diuulsa esse uideamus. Ac quum maximam fiduciam in DEO collocare, magnam in Principe nostro indulgentissimo, GEORGIO FRIDERICO CAROLO defigere possimus, per quem Deus adhuc rei ecclesiasticae scholasticaeque auxilium tulit: Non inuitus ego, quem ordo collegii nostri ad uerba publice facienda uocat, officio tam necessario, tam iusto, tam exoptato suauique fungar, ut DEO O. M. gratias agam, ut SERENISSIMO NVTRITORI perpetuam felicitatem apprecer, ut pro flore huius COLLEGII uota nuncupem, ut conseruationem bonarum piarumque litterarum DEO commendem. Quod dum facere meditor, simul more maiorum, ex historia patria dicendi argumento selecto, orationem habebo *de pactionibus securitatis publicae aut successionis causa cum uicinis initis.*

Ad quam audiendam Patres conscripti, uerbi diuini Administri, Collegae, Viri alii muneribus graues, sancti ministerii Candidati, Ciues, omnesque litterarum aequi existimatores suo quisque iure atque honoris testificatione inuitantur. P. P. Baruthi die festo IACOBI A. C. cIↃ IↃ cc xxxII.

(r) K. O. fol. 57. Daß Pfarrherr, Prediger vnd Kirchen-Diener, in dem Predig-Ampt, den eusserlichen Ordnungen, Ceremonien vnd Kirchen-Gebreuchen, vnd was dem allen anhangen mag, für sich selbs, one Wissen / Bewilligen und Zulassen der Oberkeyt, ainig Newerung, Enderung, oder Vnschicklicheit, zuvor wider GOttes Wort oder demselben ungemeß, nicht fürnemen, oder des andern zuthun gestatten ꝛc.

* K. O. fol. 52. Sonderlich die Priester solten nicht allein mit Worten, sonder auch mit dem Exempel das Volck darzu rayzen. Dann wie wilt du ein andern inn'brünstig darzu vermanen, wann du selbst kalt bist? Vnnd ob dir schon der schönen Wort nicht mangelt, was sollen die Wort ander Leut bewegen / wann du selbst nicht thust, wie du redest? Conf. not. c u. d.

(s) Hochfürstl. Rescript d. 1. Jun. 1687. So will jedoch hingegen daß heutige bey diesen letzten Glaub- und Gottesfurcht-losen Läufften nach vorlängstiger Vor-Verkündigung unseres allgemeinen Heilandes, mit aller Macht anwachsende mehr als heydnische Unchristenthumb der Christen gegen der ehemaligen Heyden Leben fast beschämen, und zweifeln machen, ob in den mehresten, indem sie die heylsame Christliche Lehre und die Krafft eines gottseeligen Wesens mit den Wercken verläugnen, mehr über den blosen Schein-Nahmen etwaß Christliches übrig sey. Conf. etiam die Verordnung d. 7. April 1727.

Landesbibliothek Oldenburg

Nachdem an uns Professores Facultatis medicæ Hafnienſis, von des zu Oldenburg Todes verblichenen Herrn Doctoris Detmers Erben folgende gedruckte Piecen, als:

I. Des Herrn Doctoris und dortigen Phyſici ordinarii Lentz, in puncto gemeldten Herrn Doctoris Detmers entſeelten Leichnams, abgeſtatteten Obductions-Bericht, mit einem darüber ertheilten Gutachten ſämmtlicher membrorum Fac. med. Bremenſis,

II. Beſagten Herrn Doctoris und Phyſici, ſowohl des gedachten Berichts, als überhaupt ſeiner Beſichtigung halber, verfaßte Apologie, nebſt desfalls eingeholtem Reſponſo der Halliſchen höchlöblichen mediciniſchen Facultet, und

III. Der Bremenſchen mediciniſchen Facultet näheres Bedenken über erwehnte Apologie, nebſt dabey erwehnten Halliſchen Reſponſo ohnlängſt eingeſandt, und um unſere Belehrung, welches Sentiment nemlich vor dem andern gegründet zu achten, geziemend angeſuchet worden: So haben wir nicht ermangelt, beede Reſponſa aufs genaueſte nachzuſehen und darüber in deliberation zu treten; da ſich dann (wie hieſelbſt vorläufig überhaupt zu berühren) gleich gefunden, daß, wenn das eine Sentiment von dem andern in etwas differiret, der Unterſcheid wohl hauptſächlich daher entſtanden, daß an beede Faculteten (gleich die zu Bremen, in ihrem zweyten Bedencken, auch ſchon angemerket hat) die quæſtiones nicht auf einerley Art formiret worden.

Was indeſſen deren hauptſächlichen Einhalt anlanget: ſo gehet der Bremenſchen med. Facult. Reſponſum dahin, daß (1) die in dem Obductions-Bericht oder Atteſt angeführte ſtagnatio ſanguinis in pulmonibus, welche dem Rob ſambuci ähnlich geweſen, nicht juſt ein abſolutes Zeichen einer ſuffocation im Waſſer, ſondern vielmehr ein allgemeines Zeichen einer jeden ſuffocation, und (2) der Atteſt an ſich ſelbſt, in der benöthigten accurateſſe, einiger-